

40
ta: Sed obsecro te domine per regem nostrum et patriam hierusalem simplicem et castam: ut quemadmodum a me loque est ista consensio: ita sit pro lege atque longius. Tertium documentum est quod indignis non est effundendum donum dei. Iuxta istud Matth. vii Nolite sanctum dare canibus: neque mittatis margaritas ante porcos. Unde licet christus esset verus propheta: imo dominus et auctor prophetarum: noluit tamen prophetizare irrisoribus suis. Sic et doctores et predicatorum pro tempore et loco debent indignis auditoribus subtrahere verbum dei.

Conformatio Ad conformandum se huic articulo recogitet homo quantum irrisione et infatuatione dominus noster in hoc facto passus est: et quomodo iudei ludum deo fecerunt quasi puerorum. Et oret devotus homo sic in theoremate: vel alias sicut devotio ministrabit etc.

Secunda pars de hora prima. Et habet octo articulos. **Theorema.**

Omnie
su christe fili dei

vivi qui hora diei prima pro humana salute pilato iudici presentari voluisti: da mihi amore tui nominis nullam potestatem despiciere: sed omnibus maioribus meis dignum honorem deferre. **Titulus primus articulus**

Iesum primum articulus est presentatio coram pilato.

Omnia premissa secundum Augustinum intelligit dominus passus usque mane. Nam ea que passus fuit coram athena nocte acta sunt. Que vero coram caypha partim de nocte et partim illucescente die fuerunt gesta. Sed pro ea factio claro mane quasi hora prima surgens omnis multitudo iudeorum de domo cayphe adduxerunt Iesum vincitum in portum et tradiderunt eum potestati pilato preiudici. Et hoc presentatio fuit inter omnes gravissima. Tunc ex parte iudicis plenaria presentatio habuit (dandi ad mortem sic ipse prestabat. d. Nescis quare po. h. etc. Tunc ex parte iudeorum presentatio eum tanquam iudicium reum. Tunc non solum presentaverunt eum quasi examinandum sed tradiderunt eum tanquam ab eis examinatum et sine mora

d ij